



faci è frangatur, natura veid Angelica incorruptibilis sit, sed quid vitro splendens. ac crystallo purius. Inde ergo bene Angei assimilantur mari vitro, & crystallo: Angeli enim splendidi sunt nulla sordè coinquinati; inde vitro comparantur, valde fortes & constantes in natura, idèd crystallo assimilantur. Sic ait; Vitreum mare, & crystallinum habens speciem, splendorem designat incorporatum naturarum, & Angelicè vitæ tranquillitatem, ut quæ immobiliter conglutinata sit; ut vitrum, & crystallus, sicut nulla sordè obrebrata.

Arct.

170. Perer. Cornel. Menoch.

Apoc. 21. And. Cas.

171. Alcazar.

Magna gratia copia communiatur cum facilitate in penitentia, & Baptismo.

Quod antiquus erat in obscuro nunc in lege gratia fit perspicuum.

Zachar. 13.

In Sacramento penitentia omnia sunt manifesta.

manifestanda, & declaranda. Rupert. l. 9. in Rupert. Apoc. Pulchre dicitur, ait, hoc mare vitreum, qui sicut in vitro, quod continetur, transluet, sic in nostro Evangelio Sacramento jam nihil occultum est, sed quod primum in figura gerebatur, nunc in re signatur, & totum manifestum est.

Ar omnes hæc interpretationes magnas habet difficultates contra se. Nam duæ primæ de Sacramento Baptismi, & penitentia, nisi sunt in similitudinem quam auctores considerant inter hæc sacramenta & mare; & quia per hæc sacramenta veniatur ad Dei thronum; at de hoc hic non agitur, nec Joannes vult hic ostendere quo pacto veniatur ad Deum, sed diversâ intentione explicat hic Dei maiestatem cum potestate iudiciali; & ideo quamvis hæc sententiæ ad motes sustineri possint, tamè à sensu literali aberrant; sicut & tertia, quæ per mare vitreum intelligit sacram Scripturam, de cuius excellentia in præfati non est sermo.

Sexta illa sententia Pererii & Cornelii, qui per mare vitreum cælum empyreum interpretantur, eo innixi fundamentum, quia cælum empyreum maximè pellucidum sit, at ratio non est tanti momenti, ut ob illam talis sententia tenenda sit. Præterquam quod cæli non magis sunt in conspectu sedis, quàm retid, sub sede, & etiam rejicitur sententia Arctæ, & Andreae Cæliensis, qui mare vitreum Angelos exponunt, ad hoc enim nullum est fundamentum.

Et multò minus placet sententia Alcazaris, quod hic sit alusio ad mare æneum Salomonis, hæc enim magna sublimia, ac gloriola Apocalypsis non sunt coangustanda, ac coarctanda ad classem illorum antiquorum, quæ Paul. ad Gal. 4. n. 9. vocat egena, & infirma mundi elementa, in quibus sub pedagogo legis Israëlita conclusi erant. At nunc largâ manu abundantissimâ copiâ tanquam maris vastitate in nos cælestia dona largiantur, ac diffunduntur.

De sua iustitia, ac gratia in lege antiqua dicebat David, ut explicant Rabbi Itaias, & Trierus, Variablis ait Psalm. 71. n. 6. Descendit sicut stillicidia stillantia super terrâ. Quod ipsa gratia tanquam per guttas ac pedetentim in eum distillabatur. Aliiter loquitur Paulus de gratia nobis Christianis data, Rom. 5. n. 5. Charita Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum. In quem locum Chryl. scitè expendit verbum diffusa ad hunc modum Non dixit de gratia abundantem, sed diffusa in cordibus nostris, largitatem ostendens, quod enim maximum erat, hoc de istis, non cælum, non terram, non mare; sed quod his omnibus antiquis, pretiosus erat, & non sensim, aut pedetentim nos honestavit, sed cumulâtè, ac plene manu honorum omnium fontem effudit.

Scitit Moyses in monte loquens cum Deo in gloria sua. Cùmque descenderet de monte Sinai, tenebat duas tabulas testamenti, & ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Dei. Exod. 34. num. 29. Fulgentes radii gloriosam reddebant faciem Moysis descendens à monte; at Jesu discipuli in Thabor Jesu gloriam viderunt, & Patris vocem audierunt, & ceciderunt in faciem suam. Matth. 17. numero 6. & de monte descendentes nihil gloriæ præ se tulerunt. Cur ergo Moyses de Sinai refert gloriam in vultu & Apostoli de Thabor nihil gloriæ præ se ferant? Sic angusta erat legis gloria, ut ab uno homine circumferri posset; Jesu autem gloria

172.

173.

174.

175.

176.

Exod. 34.

Matth. 17.

Bona antiqua ab uno, à Jesu videri tam magna ut à multis non possint portari. D. Remig.

tantæ erat magnitudinis, ut nec à tribus Apostolis ad breve sustineri poterat; gloria legis cum esset parva, facile ab uno circumferretur in vultu, at ad lesu gloriam Apostoli succumbentes oneri, in faciem cadunt: lesu bona adeo magna, & ampla sunt, ut à multis non valeant portari. D. Remig. in 4. ad Cor. c. 3. Gloria Evangelii, ait, quæ datur ministratoribus, & observatoribus ejus major est gloria legis, quæ splenduit in facie Moysis, quia fuit temporalis, & quocumque ferri potuit, & videri ab illis: ista autem aterna erit; nec potuit ferri ab Apostolis, quando à Domino ostensa est in monte, quæ statim lapsi sunt in terra vultu moriui.

QUESTIO XXII.

Explicatur vera sententia de significatione maris vitrei in conspectu sedis Dei.

177.

Apoc. 17.

178.

In Dei conspectu omnia futura secula, & ad hanc hominum cogitationem.

Plal. 7. 179.

Vera, & genuina interpretatio sumenda est, ex primariâ, ac principali intentione horum visionis: In ea apparet Deus ut supremus omnium Dominus, ac iudex; & dicitur in conspectu ejus, tanquam mare vitreum simile crystallo. Mare ob multitudinem aquarum significat multitudinem populorum, ut dicitur infra cap. 17. num. 15. Aquæ populi sunt. Et quia mare, per se fluxum, ac labile est, hic valde solidum apparet cum sit simile crystallo. Et quia mare multa obscurat & tegit, hic pellucet, cum sit tanquam vitreum.

Ecce quanta est altitudo, ac sublimitas divinæ maiestatis ante cujus conspectum, aquæ populorum, & abyssus, ac profunditas eorum cogitationum, omniaque secula, ac tempora, in quibus sunt, tanquam immobiles aquæ stant, & cum in se ipsi omnia creata fluant & labantur; tamen non fluunt in divino conspectu, sed omnia ab æterno ei parent, ac perspicua sunt. Quis mare videat usque ad ima, nisi ei fiat vitreum crystallinum pellucens, ac transparens. Quis cognoscat inscrutabile cor hominis, profundaque illius cogitata, nisi tantum ille omnipotens Deus in cuius conspectu omnis multitudo populorum est tanquam mare vitreum simile crystallo: Ego Dominus scrutans corda, & renes Deus. Plal. 7. n. 10.

Non ergo mirum, quod in hoc libro Apocalypsis, qui est in manu ipsius sedentis, de quo agitur c. sequenti n. 1. scribat ipse & scriptum habeat, quod usque ad finem mundi futurum sit, etiam inclusis innumeris hominum reconditis cogitationibus; ad hoc enim tendunt omnia, quæ in hac visione narrantur, eorum omnium unus est finis ut deveniatur ad apertionem libri continentis prope infinita futurorum mysteria per tot ventura secula, quæ omnia pertractanda sunt in hoc regio conspectu ad omnium rerum convenientem administrationem; & inde introducit Dominus cum in alta, & supereminenti scientia, ut ei omnia sint aperta, & manifesta. Ita Ferrarius, j& ex parte Ribeira.

Prodigus ille adolescens discessit à Patre per Sylvieira in Apocalypsim. Tom. I.

egè profectus in regionem longinquam; tamen in se reversus veniens ad Patrem clamat, Patrem peccavi in cælum, & coram te. Luc. 15. n. 15. Si à Patre longo tetraurum intervallo distabat, quomodo nunc protestatur peccavi coram te, ac si ei præfens ad esset divina luce jam illustratus, ut pote in se reversus bene agnoscebat quod et si videretur à Patre distare, tamen paternos oculos nunquam effugiebat. D. Chryl. scem. 2. Peregre profectus est iste, & in regionem longinquam fugit, sed accusatores suos, sed testes suos divini Patris oculos non effugit. Hic David clarissè aperit dicendo. Pl. 137. n. 7. Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? si sumpsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris; etenim illic manus tua deducet me.

Hinc Paulus ad Hebræos 4. n. 13. ait: Non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus; omnia autem nuda, & aperta sunt oculis ejus: quod adeo proprium, ac peculiare est Dei. Cum somnia avo assent à memoria Regis Babylonie ex nullo sapientum suorum discere potuit, quid esset, quod in somnis viderat. Quid tunc? Jubebantur universi sapientes perire; & dum necabantur, accessit Daniel, qui Regi omnia inrima sui cordis explanavit, & manifesta fecit, ut Rex omni dubietate deposita exclamaret, Daniel. 2. n. 47. Verus Deus vester Deus Deorum est, & Dominus Regum, & revelans mysteria, quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum. Valde circumspectè Rex nec Danielem extollit, nec sapientiam ejus laudat, sed toto animo fertur, ut Deum verum laudet, & celebret, cum enim Barbarus homo agnosceret, intima sui cordis penetrata, ac manifestata nihil industriae tribuit creatæ, sed totum à Divina, ac superna virtute manasse pro certo clamans protestatur, Sic præfata Regis verba ait Rich. Vid. l. 1. de eruditione interioris hominis p. 1. c. 41. Ex eo enim ait, quod sibi secreta cordis sui, ex eo item quod sibi arcana consilii divini revelavit, mira ingenii vivacitate, summa Divinitatis revelatorem perpendit. Ex eo autem quod de secreto sui cordis audivit, prudenter animadvertit summam sapientiam esse, quæ Danieli potuit in tam tenebroso humani cordis abyssu aliena conscientia secreta aperire.

Luc. 15.

Omnia opera nostra semper in Dei præsentia.

D. Chryl.

Psalm. 137.

181.

Hebr. 4.

Dan. 2.

Divina virtus respiciet in agnoscentis intima cordum. Rich. Vid.

QUESTIO XXIII.

Quomodo intelligendum sit quod animalia essent in medio throni, & in circuitu?

Dicitur in textu. in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia, si erant in circuitu sedis, quomodo in medio? solus enim Deus per suam immensitatem est ubique præfens; creatura unico circumscibitur loco, ac definitur. Cùm ergo medium à circuitu, ac ambitu differat, quomodo animalia visuntur in circuitu sedis, & in medio sedis? Questio prima secundum sensum literalem est explicanda; deinde ad sensus mortales deveniendum.

Primò, Pererius ait, quod animalia erant in medio sedis & in circuitu; non stant, sed successivè ambulabant enim, ait, & nunc ambabant sedem, nunc in medium sedis ambitum

182.

Difficultas quaestiois.

183.

Pererius.